Bengtt Mattzsons vtspisningz och facts Register
anno domini 1565

suam · et uir iniquus cogitationes
suas · et reuertatur ad dominum et miserebitur
eius et ad deum nostrum quoniam multus est
ad ignoscendum · R. Participem me fac

Conuerte nos deus salutaris coll' · x avi ·

Commendemus nos met ipsos in multa pa
tientia in ieiuniis multis per arma iustitie · ev

Frange esurienti panem tuum · cap
et egenos uagosque induc in domum
tuam · cum uideris nudum operi eum ·
et carnem tuam ne despexeris ait dominus
omnipotens · R. Ab omni uia mala, coll' vt supra · ad b'

Aduenerunt nobis dies penitentie ad redimen
da peccata et saluandas animas · euouae · cap

Querite dominum dum inueniri potest
inuocate eum dum prope est ait dominus
omnipotens · R. Sepe es in die lau; coll' vt · cap ad vesperas

Anima que peccauerit ipsa ~~morte~~ mo
rietur filius non portabit iniquitatem
patris et pater non portabit iniquitatem filii
ait dominus omnipotens · R. Educ de carcere · hymnus

[illegible] ne 9 · Ant' Quod uni ex minimis meis fe
cistis michi fecistis dicit dominus · euouae · or'

Absolue quesumus domine tuorum uincula peccatorum
et quicquid pro eis meremur propitiatus
auerte · Per dominum nostrum · Lectio iii ·
Igitur fratres karissimi quod terre pluuia hoc
ieiunio confert elemosina quia superflua

[ieiu]nia · eradicat et sentes sed sine semi
ne nullum fructum tribuit laboran
ti · Ita et ieiunium licet gramina ui
ciorum auferat et spinas criminum eradi
cet tamen nullum proficuum sine mi
sericordie retributionis adquirit · dicente scrip
tura · Qui clauserit aurem ut non exaudi
at inbecillem et ipse clamabit ad dominum
et non exaudiet illum · Lectio ii ·

Et quid plus fratres karissimi? Qui non mise
retur pauperi · si ieiunat deo sed saccu
lo · accipiet quidem conscientie penam de
sacculo · non gloriam possidebit in celo;
Nisi enim processerit ieiunium mortifi
catio uiciorum non subsequitur resurrectio
mortuorum · Quia propterea incessanter ieiu
nemus oremus erogemus ut et diuinis tri
umphare et de premiis gaudere possi
mus · Sunt quidem nostra ieiunia · sine laboribus da
moribus cedentibus ut etiam qui sub iugo [illegible]
sunt sentiant remissionem cautam
et benignissimam ut aspera seueritas refrene
tur · non ut salubris disciplina soluatur ·

Cauendum est nobis fratres ne · Lectio iii ·
preciosas escas uel parati [illegible] uel escas
preciosiores sine carnibus animalium re
quiratis · Cum corpus castigatur et seruitu
ti subicitur restringende sunt delicie
non mutande · Quid enim interest
in quali cibo non concupiscentia immo
dicta culpetur · Non utique de solis car
nibus sed etiam quibusdam pomis et
agrestibus alimentis · israhelitarum conc[u]
piscentia · diuina uoce damna[tur]

gantia perdidit. Qua propter karissimi a quibus cumque
cibis placuit abstinere mementote ut
propositam vestram pia temperantia con
servetis. non ut dei creaturam sacrilego
errore dampnetis. Tu autem. Ant.

Domus mea domus orationis vocabitur. euouae
super familiam tuam
Respice domine ut apud te mens coll.
nostra desiderio fulgeat. que se carnis
maceratione castigat. Ad vesperas.

Abiit ihesus foras extra civitatem in betha
niam. ibique docebat eos de regno dei. euouae

Ascendant ad te domine preces coll.
nostre. et ab ecclesia tua cuncta repel
le nequitiam. Per. Fr. iiii. q. ad c. lc. i.

Iam si elemosinas hiis diebus augere
quodam modo ex debito est. ubi enim
iustius quam miserando impenditis.
quod vobis dimittis abstinendo. Quid
iniquius quam ut id quod minus erogat
abstinentia servet. permanens avari
cia. aut consumat delicata luxuria.
Intendite itaque quibus debeatis quod
vobis negatis. ut quod detrahitis te
mperantia voluptati. addat misericordiam
caritati. Quid dicam in illo opere misericordie
ubi nichil de apothecis nichil de sacculo
impenditur. sed ex corde dimittitur.
Quid est autem stultius quam lc. ii.
inimicum foris evitare. et intus
... in precordiis inimicus retine

subiungit. neque detis locum di
abolo. Tamquam hoc agat qui si cito iram
pellit ex animo. ut per illam velud per ia
nuam prebeat aditum diabolo. Pri
mitus itaque agendum est ut super iram
non occidat iste sol. nec deserat ipsam
mentem iustitie sol. sed in eius pectore us
que adhuc permansit. pellat etiam saltim
iam proximis diebus dominice passionis qui si
est iratus interfectoribus suis. pro quibus in
ligno pendens. et precem fundit. et san
Si cuius usque in vestro pecto guinem. lc. iii.
re usque ad istos sanctos dies forte impuden
tissima perduravit. nunc inde saltim sa
na discedat ut oratio secura procedat. Nec
offendat ut palpitet. aut sub conscien
tie stimulis obmutescat. Cum ad eum
locum venerit ubi dicendum est dimitte
nobis debita nostra sicut et nos dimittimus
debitoribus nostris. Aliquo petitum enim
ne nobis retribuatur et aliquid ut retribuatur
remittere quod et remittere nobis. date et da
bitur vobis. ut cum christo qui hec precepit mere
amur percipere eternorum premia gaudiorum.
qui vivit et regnat per omnia secula seculorum.

Generatio hec prava et perversa signum querit.
et signum non dabitur ei nisi signum ione pro
phete. euouae.

Preces nostras quesumus coll.
domine clementer exaudi.
et contra cuncta nobis adversantia dexte
ram tue maiestatis

Sicut fuit ionas in ven

Gen. 32. 24

Ecce uir luctabatur cum eo: usque
mane. Qui cum uideret quod eum
superare non posset: tetigit neruum
femoris eius. et statim emarcuit. Dixit-
que ad eum. Dimitte me iam enim as-
cendit aurora. Respondit. Non dimit-
tam te nisi benedixeris michi. Et benedixit ei
in eodem loco. Vocauitque iacob nomen
loci illius phanuel dicens. Vidi dominum
facie ad faciem. et salua facta est anima
mea.

Ant. Unus est enim magister uester qui in
celis est xpistus dominus. euouae. Coll.

Perfice quesumus domine benignus in nobis obser-
uantie sancte subsidium. ut que te
auctore facienda cognouimus. te op-
erante impleamus. Per. Ant.

Qui maior est uestrum erit minister uester.
quia qui se exaltat humiliabitur dicit do-
minus. Coll.

Propitiare quesumus domine
supplicationibus nostris et animarum
nostrarum medere languoribus. ut re-
missione percepta in tua semper bene-
dictione letemur. Per. Fer. iii. L.

Transiuit autem iacob in salem ur-
bem sychimorum. postquam reuersus est de
mesopotamia syrie. Emitque partem a-
gri in qua fixerat tabernaculum. a filiis
emor patris sichem centum agnis. E-
gressa est autem dina filia lie. ut uide-
ret mulieres regionis illius. Quam cum
uidisset sichem. rapuit eam et dormi-

est namque emor ad eos. Sichem filius meus
adhesit anime filie uestre. date eam il-
li uxorem. et iungamus uicissim conu-
bia. L. ii.

Responderunt filii
iacob sichem et patri eius in dolo. Non
possumus dare sororem nostram homini
incircumciso. Sed si circumcidatur in nobis omne
masculini sexus tunc dabimus et accipie-
mus filias uestras ac nostras. et habitabi-
mus uobiscum eritque unus populus. Si
autem nolueritis circumcidi: tollemus
filiam nostram et recedemus. Placuit ob-
latio eorum emor et sichem filio eius. nec
distulit adholescens quin statim quod
petebatur expleret. L. iii.

Ingressi autem emor et filii eius sichem
portam urbis locuti sunt populo. Viri is-
ti pacifici sunt et uolunt habitare
nobiscum. si circumcidamus masculos nostros
ritum gentis imitantes. Ad sensi sunt
omnes circumcisis cunctis maribus. Et
ecce die tercio quando grauissimus do-
lor est uulnerum. duo filii iacob Sime-
on et leui arreptis gladiis ingressi sunt
urbem confidentes. Interfectisque omnibus
masculis emor et sichem pariter neca-
uerunt. Tollentes dinam sororem suam
de domo sichem. Ant.

Ecce ascendimus ierosolimam et filius hom-
inis tradetur ut crucifigatur. euouae. Coll.

Populum tuum domine propitius respice. et
quos ab escis carnalibus precipis absti-
nere a noxiis quoque uitiis cessare con-

dum. et flagellandum et crucifigendum.

Deus innocentie restitutor et amator, dirige ad te tuorum corda servorum, ut spiritus tui fervore concepto, et in fide inveniantur stabiles et in opere efficaces. Per. R. v. P. i.

Locutus est dominus ad iacob dicens: surge et ascende bethel et habita ibi, facque altare deo qui apparuit tibi quando fugiebas esau fratrem tuum. Iacob vero convocata omni domo sua ait: Abicite deos alienos qui in medio vestri sunt, et mundamini et mutate vestimenta vestra. Surgite et ascendamus in bethel, ut faciamus ibi altare domino, qui exaudivit me in die tribulationis mee, et fuit socius itineris mei. Dicant. P. ii.

Apparuit autem rursum deus iacob postquam reversus est de mesopotamia syrie, benedixitque ei dicens: Non vocaberis ultra iacob, sed israhel erit nomen tuum. Et appellavit eum israel, dixitque ei: Ego sum deus omnipotens, crescere et multiplicare. Gentes et populi nationum ex te erunt, reges de lumbis tuis egredientur. Terramque dedi abraham et ysaac tibi dabo et semini tuo post te. Et recessit ab eo. Ille vero erexit titulum lapideum in quo loco locutus fuerat ei deus. P. iii.

Venit itaque iacob ad terram que ducit ephratam, in qua parturiret rachel, et difficultatem partus p[...] filium. Egrediente autem anima pre dolore, et imminente iam morte, vocavit nomen filii sui benoni, id est filius doloris mei. Pater vero appellavit eum beniamin, id est filius dextere. Mortua est ergo rachel et sepulta in bethel. Erexitque iacob titulum super sepulcrum eius. Hic est titulus monumenti rachel usque in presentem diem. Ant.

Ego non habeo testimonium, accipio sed hec dico ut vos salvi sitis. evovae.

Presta nobis, quesumus, domine, auxilium gratie tue, ut ieiuniis et orationibus convenienter intenti liberemur ab hostibus mentis et corporis. Per. Ant.

Opera que ego facio testimonium perhibent de me quia pater me misit. evovae. Oratio.

Adesto domine famulis tuis et perpetuam benignitatem largire poscentibus, ut his qui te auctore et gubernatore gloriantur, et congregata restaures et restaurata conserves. Per dominum. R. vi. P. i.

Portabat rebecca geminos in utero suo fratres, ante certamina principia bellatores. Certantes illos ante sentit quam novit, ante patitur quam videt, ante sustinet quam agnoscat. Sicut filiorum bella sentire quos nondum generare. Certamina utero fratres in utero generantur. Bellum intra uterum natos commovent. Matrix tusa quatiuntur. Nondum erant nati et iam certamen sumunt. Causas duorum per fines populorum. Vide enim